

ut puta solida corpora considerant. Sicut enim  
in mari remotis ab aspectibus montibus nichil  
misi aer conspicitur vndeque. ita quoque sideribus  
solidis videlicet corporibus sublatis. nichil nisi aer  
cermitur. Numquid autem ab aere est usque ad firmam  
mentum et ipsum firmamentum a nobis nequaquam  
videtur propter ipsum spacij longinquitatem. et  
ob naturae sue sublimitatem.

**D**e triplici celo historialiter significatiue deo.

**S**ed si forte obicitur quod aplius ca. xxix.  
ad tertium celum raptus describitur. Secundum  
est tres celos historialiter appellari. et iterum  
tres significatiue nuncupari. Hie quippe aer  
primum celum historialiter vocatur. sicut habetis  
volucres celi. quod in celo id est in aere volare vide-  
tur. Secundum celum ether vocatur. ut habetur. stelle  
celi. quod in eo stelle fixe traduntur. planete vago-  
cursu feruntur. Tertium celum firmamentum appella-  
tur. sicut habent. astra celi quod in eo sidera fixa  
traduntur. Significatiue quoque tres celum leguntur.  
quod tres visiones secundum sensualis spiritualis et intelle-  
ctualis a sapientibus non nesciuntur. Sensuali-  
s quippe visio est cum colores et formas re-  
rum exterius cerimus. sed interius aliquid  
celari intelligimus ut in literis intelligimus  
significatiue. Hec ergo visio primum et substancialis  
celum nominatur quia in scripturis intel-  
ligentia celatur. Celum etenim a celando noxiatur.

**I** Secunda visio spiritualis est qua non res sed  
imagines rebus similes spiritualiter videmus  
sicut in somnijs solemus. et sicut iohes in apo-  
caliphi. et prophetas multa nouimus vidisse. et haec  
visio secundum celum nuncupatur. quia res in hunc si-  
militudinibus celantur. **T**ercia vero intellectus  
etualis cum neque res exterius. neque imagines  
rerum interiorum. sed ipsas substantias prout vere sunt  
abstractione coloribus intellectu inspicimus. et unde  
uscuiusque qualitate inter se differentem racere  
discernimus. **E**t haec visio tertium celum vocatur.  
quia veritas rerum hac quasi a stultis celata.

**I**gitur si aplius in corpe est raptus. tunc ad cor-  
porum celum scilicet firmamentum est productus. Si  
autem extra corpus quod magis videtur tunc utrumque  
ad intellectuale celum raptus creditur. in quo  
essentiam deitatis sicut est et angelicas sub-  
stantias prout sunt non sensualiter quod nec  
quit fieri nisi per corpus nec spiritualiter quod  
non fit nisi per imagines rebus similes. sed ve-  
racter quod non fit nisi ipso intellectu vidisse con-  
gnoscitur. **A**ngeli vel iusti quadam similitudine  
domini celi nuncupatur quia in secreto dei hu-  
mans visibibus celantur. et econtra demones  
vel impiorum tenebre appellantur. quia in tormentis  
a nobis occultantur.

**D**e regno celorum quid vere sit et ubi sit  
esse credendum. **C**ca. xl.